



# Positiones medicae inaugurales

<https://hdl.handle.net/1874/347323>

56.  
POSITIONES

MEDICÆ  
INAUGURALES,  
QUAS,

AUSPICE DEO OPT. MAX.

*Ex auctoritate Magnifici D. Rectoris,*

D. HERMANNI van HALEN,

S.S. Theologiæ Doctoris, ejusdemque Facultatis in inclyta Academia  
Trajectina Professoris Ordinarii Verbique Divini ibidem in  
Ecclesia Præconis,

NEC NON

*Amplissimi Senatûs Academici Consensu, Nobilissimæque  
Facultatis MEDICÆ Decreto*

PRO GRADU DOCTORATUS

Summisque in MEDICINA Honoribus & Privilegiis  
ritè & legitimè consequendis,

*Eruditorum examini subjecit*

JOHANNES PRONK, HORNANUS.

*A. D. 17. Martii horis locoque solitis.*



TRAJECTI ad RHENUM,

Ex Officina FRANCISCI HALMA, Academiae  
Typographi, clō Ibc xc.

26.  
POSITIONES

MEDICAE

IN ACADEMIA  
AUSPICIO DEO OPT. MAX.

BONARUM

ARTIUM

CULTORIBUS.



TRAJECTI ad RHENUM  
Ex Officina FRANGISCI HALMA, Academiæ  
Typographi, ch. lxxc.



POSITIONES

MEDICÆ

INAUGURALES,

THESIS I.

**M**edicina est ars medendi.

I L.

Ejus subjectum est corpus ho-  
minis.

II V

III I.

Finis sanitas.

IX. I.

A 2

IV. Me-

4 POSITIONES MEDICÆ

I V.

Medici officium est mederi.

V.

Mederi est corporis humani curam habere.

V I.

Cura ista consistit in conservatione sanitatis & ablatione morborum.

V I I.

Sanitas est bona dispositio corporis.

V I I I.

Morbus est mala corporis dispositio.

IX. Is

VI X.

Is multiplex est.

X.

Omnis morbus vel ad malam partium fluidarum vel solidarum constitutionem revocari potest.

X I.

Tumor est extuberantia partis solidæ justo major.

X I I.

Tumori curando male repellentia vulgo dicta applicantur.

X I I I.

Rectius resolventia, quæ humores attenuant & poros aperiunt.

A 3

XIV.

6 POSITIONES MEDICÆ

XI V.

Istis medicamentis præmittitur sæpe utiliter venæ sectio.

X V.

Quandoque & diaphoreticum medicamentum.

X V I.

Purgantia ratione tumoris minus conveniunt.

X V I I.

Plures tamen morbi sunt, in quibus diaphoretica post purgantia demum propinanda sunt.

X V I I I.

Ubi U. S. & purgatio indicantur, recte hæc illam excipit.

XIX.

X I X.

Concocta quandoque per al-  
vum, quandoque per alia loca  
evacuanda sunt, & quidem per  
loca convenientia.

X X.

Extirpatio partis emortuæ recte  
instituitur in parte viva.

X X I.

Febris natura consistit in pertur-  
bata sanguinis mixtura.

X X I I.

Ejus signum pathognomicum  
dici potest, pulsus præter naturam  
frequentior.



## X X I I I.

Cura non semper requirit refrigerantia, & humectantia.

## X X I V.

Rectius talia, quæ perturbatam sanguinis mixturam in naturalem restitunt.

## X X V.

Ad hæc quandoque fixa, quandoque volatilia conveniunt sine notabili evacuatione.

## X X V I.

Quandoque evacuatione opus est per vomitoria, purgantia, sudorifera aut venæsectionem pro variis indicationibus & circumstantiis.

III X X F I N I S.







